Sit omnibus notum quod nos soror Bernarda dei gratia priorissa monasterii sancte Margarite de Rosis voluntate et consensu conventus monialium dicti monasterii in capitulo eiusdem monasterii ad sonum
campane more solito congregatarum quarum monialium nomina inferius sunt scripta utilitate dicti monasterii in hijs cognita et attenta gratis et ex certa sciencia per nos et omnes successores in dicto
monasterio. Damus et stabilimus ad accapitum sive in emphiteosim tibi Jacobo Eres regulatio de Castilione et tuis quam Terciam partem pro indiviso fatetur inde tribus partibus totius illius
prati salati sive salsoraty quod dictum monasterium habet et tenet iuxta regum molendinorum dicti comitis a parte videlicet occidentis iuxta regum usque ripatia simbucti versus
parrochiam Castilionis quod quidem pratum affrontat abocciente in dicto rego. a meridie in litore maris. a bocciente in clausis salati Bertrandi de Pomys et Guillelmi ... ra ba
nili. a circio in clausis salati Berengarii Sifredi mediante cartatia. Cum iactatis et exhibus et eorum principijs suis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et
decetero faciendis. Predictam quidem Terciam partem pro indiviso dicti prati sive salsoraty constituimus nos nomine tuo possidere seu quasi donec inde apprehenderis
corporalem possessionem seu quasi. quam tibi liceat apprehendere tua propria auctoritate quandocumque volueris sine facienda requisicione et contradicione. vos tui et cuius at
alterius persone et per eius te et tuos propria terrae. Cedentes ad ... tibi et tuis proprio omnia iura loca et actiones reales et personales utiles mixtas atque directas et alias quascumque
que ibi dicto monasterio competunt et competere possunt quacumque racione. Constituentes te inde dominum et procuratorem in rem tuam ad faciendum inde omnes tuas voluntates. salvo
tamen iure et dominio directo nostri et nostrorum successorum in dicto monasterio ... super dicta tercia parte pro indiviso dicti salati sive salsoraty in faticis temporis laudismijs et
foriscapijs et alijs que ad directum dominium dinoscuntur pertinere. Dabitis enim tu et tui successores in dicta tercia parte dicti salati sive salsoraty pro eadem nobis et nostris successo
ribus in dicto monasterio annuatim pro censu in festo Penthecosten censum ... sol. mel. Promittentes tibi quod dictam Terciam partem pro indiviso dicti salati sive salsoraty fa
ciemus te et tuos proprio habere et tenere contra omnes personas. Et inde de evictione et omni dampno ac interesse tibi et tuis proprio teneri promittimus.
Et pro predictis attendendis obligamus tibi et tuis omnia bona eiusdem monasterii ubique. Retinemus tamen quod si forte dicta tercia pars dicti salati reducetur quandocumque
ad pannos cultura quod tu et tui successores in illo casu teneamini dare et prestare nobis et nostris successoribus in dicto monasterio de expletis inde provenientis octavam monsura
ad panes cultura ... tu et tui successores in illo casu teneamini dare et prestare nobis et nostris successoribus ... Pro accapito vero dicte tercie partis dicti salati con
no obstantibus supradictis quo casu tu nec tui teneamini nobis nec nostris successoribus dictum censum dare nec prestare. Pro accapito vero dicte tercie partis dicti salati con
fitemur a te habuisse et recepisse Triginta et duos sol. mel. et ipsos in utilitate dicti monasterii convertisse. Renunciando excepcioni peccunie non numerate et non recepte et
doli. Et ego dictus Jacobus Eres laudo et concedo predicta et convenio vobis dicte domine priorisse quod me et meos successores in dicta tercia parte dicti salati sive salsoraty
pro eadem dictum censum anno quolibet in dicto festo vobis et vestris successoribus in dicto monasterio solvere et prestare et alia predicta attendere et complere sub obligacione
dicte tercie partis predicti salati. Et nos Guillelma de Cirano, Jacoba Corredora, Francisca Michele, Brunissendis de Ponte, Jacoba de Nylastre, Francisca Exalma
et Francisca Riba omnes moniales dicti monasterii laudamus et concedimus predicta. Actum est hoc quarto idus madii anno domini M CCC quadragesimo septimo. Sig+num
sororis Bernarde dei gratia priorisse. Sig+++num Jacobi Eres Guillelme de Cirano et Jacobe Corredora. Sig++++++num Francisce Michele, Brunissendis de
Ponte, Jacobe de Nylastre, Francisce Exalma et Francisce Riba predictorum que hec firmamus.

Testes huius rei sunt Petrus de Calidis, Petrus Albanelli de Castilione et Franciscus Martha presbiter de Rosis et Petrus Marti
de Castilione.

Sig+num Petrus Pastoris notarius publicus substitutus auctoritate domini Comitis ... Francisci ... notario publico Castilionis hec scribi feci et clausi. et constat in ... raso et
emendato in ... linea ubi dicitur nomine tuo possidere et in ... linea ubi dicitur vos tui et ... linea ubi scribitur te et tuos proprio et in eadem linea ubi expressius. Et inde
in ... linea ubi dicitur mus tibi et.

establiment de una terça part de tot aquell prat salat
[illegible] prop lo rec dels molins del S.r compte a Jaume
[illegible] rejoler de Castello . Cens 25 ¢ en la festa de
[illegible]
4 dels Ids de Maig 1347

[illegible]

... Jaume ...

k

n.º 4

Ro Leg. 1 n.º 12

(853)

Pdo (2)

12-5-1347

T. 285 y 327

1347. lliga 4 del S.